

1457



ILLVSTRIORIS ACADEMIÆ

ILLUSTRES UMBRÆ,

In umbra mortis sedentes :

ILLVMINATRICE Delpara,

Corpore posito, non interposito,

In Sinum Virgineum projectæ:

PER VISCERA MISERICORDIÆ

Matris ab Altissimo Obumbratæ,

In regionem lucis inductæ:

Anniversaria Parentalium luce

Ad Lucem perpetuam illustratæ ,

Ab Alma Sodalitate Majori , Magnæ Matris

Virginis, ab Arch-Angelo Salutatæ, in Cæsareo, & Academicæ Societatis JESU Collegio , Pragæ ad S. Clementem :

Ad Requiem Inumbratæ

Umbrâ Oratoriâ ,

A REVERENDO ac DOCTISSIMO PATRE,

P. MARTINO SANCIO, è Soc: JESU, AA. LL. & Philosophiæ Doctore, in Pontificio, ac Cæsareo Convictorum Collegio Societatis JESU ad S. Bartholomæum, Alumnorum Ecclesiasticorum, ibidemque Incorporatæ Sodalitatis B.V. ab Arch-Angelo Salutatæ, Præside.

In Academica Ejusdem Societatis JESU Basilica ad S. Salvatorem, Mense Julio Die 17.

HONORI
ET
VENERATIONI
Illustrissimi, & Excellentissimi
DOMINI DOMINI
FRANCISCI
JOSEPHI
S. R. I. COMITIS



DE

WALDTSTEIN,
Hæreditarii Domini in Klo-
ster, Münchengratz, Zwireticz, Stu-
denka, Walletschow, Principis-ponte, Zafat-
ka, Sollotz, Inferiori, Mallobraticz, Biela, Hinnerwasser, Hirs-
berga, Besdesio, Magno Skall, Lauczek, Troska, & Civitate Turno-
vienti super Iseram &c. &c. Sac: Cæs: Regiæque Majestatis Intimi Actualis
Consiliarii, Camerarii, nec non in Inclyto Bohemiæ Regno
LOCUMTENENTIS REGII.

ILLUSTRIS-SIME
ET
EXCELLENTIS-SIME
DOMINE, DOMINE
S. R. I. COMES.



Umbris TE stipamus, quia Sidus es, COMES ILLUSTRIS-SIME; sed Umbris Illustribus, quia Regius Solis Vicarius es, LOCUMTENENS EXCELLENTIS-SIME. Dum illustraberis Umbris Partheniis, quae sunt amiculum Electæ ut Sol: illustrare dignaberis Umbras Parentales, quae sunt diluculum TUI Meridiei. Umbras nuncupamus Divinas, quas Pater superni Luminis obumbratæ affudit Virgini; Umbras indigitamus humanas, quas cum Matre æterni Solis adumbratæ offundimus Sodalitati. Iste TE in lucem dederunt, dum ad unguem Virtute WALDTSTEINICUS es; Ille luci perpetuæ asserent, dum ex asse in Fœdere MARIANUS es. Inter Illustres Sodalitii Umbras Primpilus relucet EXCELLENTIS-SIMÆ Memoriae ILLUSTRIS-SIMUS Genitor Tuus; Dum inter Lunæ.

Luminaria EXCELLENTISSIMÆ Profapiæ, Principalis eluce & Serenissima Genitrix DEI. Non haberet umbras Immortale Stemma TUUM, cui virtus perennis pro natura est, nisi malletis ponere mortalitatem; sed Tales Umbræ jubar effundunt, quibus æternitas pro vita est, dum hereditariam habent lucis perennitatem. Umbra Paterna TIBI lucem indidit: jam recipiet; Umbra Parthenia fervorem non refugit: jam reperiet. Ardorem promissæ Patriæ, DOMINE, DOMINE EXCELLENTISSIME, quin & Majoribus? Splendorem præbes Terris, COMES ILLUSTRISSIME, quin & Celitibus? Captant WALDTSTEINII Umbras cum agnatis Nemoribus; profundunt, & fulgores cum pretiosis Lapidibus. Ad lucem Eos Gentilitiæ exercent Aquilæ; lucorum umbrosa non fastidiunt scutis, & fastis inserti Leones. Sapiencia TUA Aquilina luci intendit; Virtus Leonina umbras non renuit: utrumque vendicet. Non gravabunt hæ Umbræ, sine corpore sunt; nec obscurabunt corporis pedisequæ, non sine luce sunt: quia TUÆ sunt. His si vel nictum defers, lumen colligimus: si vel annutum offers, umbram assequimur. Ità TE veneratur

**ILLUSTRISSIMÆ
EXCELLENTIÆ
TUÆ**

Additissima

Sodalitas Latina Major B. V.
ab Arch-Angelo Salutata.



ORATIO.



Bumbratam nuper inter glorioſe Annunciationis So-
lennia, ſed *virtute Altiffimi* operante: umbroſam ho-
die inter luſtuoſe Sodalitatis Parentalia, ſed *umbra*
mortis mediante, aut conſpikor, aut ſuſpikor *Illumi-*
natricem meam. *Aurora veri Solis*, quæ *Oſcæ* aſper-
ginis ſimpatiente Bernardini eloquiò diluculantibus
atris inſeris: *quaſi Aurora conſurgens*, quæ cygneâ
Divinioris epithalamii pennâ ignaris occaſûs fideri-

bus maritalis: *Aurora noſtem expellens ſempiternam*, quæ redivivâ Dama-
ſceni dexterâ dedignatæ obſcuram ſtellarum Umbriam claritudini ſocia-
ris: Virgo ſinè labe concepta, Mater ſinè labe concipiens, tûne adhuc
puro fulgori inimicantibus umbris ſtiparis? Si *Antiqui dierum* Tithoni
thalamus viduandus eſt, ſi roſcida luminum Telluri aſpergenda ſtillicidia,
ſi Memnoniis ſobolis parentandum Manibus, parenta licet! at ſplendori
vel Nominis inſeſtam umbrarum devita atredinem: quæ Tibi in ſyrma
junguntur, aut Umbræ eſſe deſinant, aut *in lucem* migrent *perpetuam*.
Luna plena, quæ *nunquam deſicis*: itâ jûge in Te cum illuſtrato Synaita de-
miror plenilunium; *Luna carens fulgine culpæ*: itâ innubem in Te cum ex-
tatico Bonaventura ſuſpicio ſerenitatem; *Lumen orbis inextingvibile*: itâ
perennem in Te cum oculato Cyrillo lucis obſervo ſcaturiginem; quo-
modo pedifequis hodie umbris afficeris? ſi in triſormem abeundum eſt
Hecaten, ſi partienda cum Phœbo imperia, ſi umbrarum & noctis fræ-
na capeſſenda, capeſſe licet! at candori Tuo inſidioſam umbrarum pro-
tere caliginem: qui Tuæ coherent puritati, aut pullum exuant, aut ex
umris in ſidera transformentur. *Mulier amiſta Sole*: & nobiliùs adhuc
Te paludatam aquilina Apocalyptici Oedipi acie reſpicio; *Soloriens mun-*
do: & vaſtius adhuc in Te jubar columbino melliflui Bernardi intuitu
comperio; *Sol*, in quo *DEUS poſuit tabernaculum ſuum*: & ſplendidiorem
adhuc Tui ſtructuram lynceo perſpicacis Dalmatæ obtutu diſpicio; Tû-

B. V. ſinè
umbris.
Mariæ Ety-
mol: ex Iſid:
lib.7.c.10.
Bern:Tom.2.
Ser.21. art.2.
Cant. 6. v. 9.
Damaſc. Ser.
de Aſſum:

Synait:lib.5.
Contemp:
Bonavent: in
Carm:
Cyr: hom:6.

Apoc.12. v.r.
Ber.in Cant.
Serm.21.
Hieron. in
Pſalm.18.

ne unquam Mauro gelidarum umbrarum comitatu distineris? Si è crystallinis Therydos cunabulis effasciandum est diluculum, si Hercules decumanorum sudorum exantlandus Zodiacus, si immentus fulminearum quadrigarum peragrandus Hippodromus, peragra licet! at radiis Tuis fatalem umbrarum extermina antithesin: qui à fontali luminis Tui pendent origine, aut turbidum nesciant, aut limpidiore luminis beatifici influant Oceano.

z. Cor. 6. v. 14

Quæ Societas luci ad tenebras? quæ innubi claritati cum Eclipsiura umbraculis commercia? quæ sudo meridiei cum nubium involucris con-nubia? Aurora nostra, serenissimæ diei bajula, Patris luminum partus est: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; Lucina nostra Luminis de Lumine Genitrix est: cujus vel pedisequus non ambulat in tenebris, sed habebit lumen viæ; Phœbus noster Luci Beatissimæ subarrhatu est: cujus defudavit molimen in calis, ut oriretur lumen indeficiens. Si

Jac. 1. v. 17.

Joan. 8. v. 12.

Ecclesi. 24. v. 6.

1. Joan. 1. v. 5.

DEUS lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ: Solis hujus radiis MARIA coruscet, facecite umbræ Æthiopum pigmentariæ! Inscribe purpurate Illyridos character: nunquam fuit in tenebris, semper in luce. Subscribe erudite bonæ spei tiara: quidquid in Virgine agitur, noctem nescit, splendore diurno, vel magis diurno hilarescit.

S. Hieron:
Philip: Ab:
bonæ spei
l. 4. in Cant.
cap. 6.

B. V. hodie in Umbris.

Ego verò adamantinè, seu cum Admeto nubilus pro Alceſtide, seu cum Theseo pullatus pro Evrydice, seu cum Hyadibus lacrymosus pro Hyante, adhuc hodie in obscuris, adhuc in crepusculo, adhuc in umbris. De profundis emergente memorabilium umbrarum cinerea circumfusis phalange, dum sublustrem earum comitatum in lucem perpetuam, obscuritatem verò meam in lucem erudero publicam: *Illuminatricem* quoque Deiparam, fulgidiori hacce luce unde unde obumbratam, & in Annunciatæ Incarnationis Sollitio, in adepta Hyperdulix Auge, in pleno lucis increatæ meridie, obumbratam à Superis, obumbratam à porta inferi, seu Ipsam conspicio, seu ipse suspicio. Nè succensueris Magnæ Matris Virginis Alma Sodalitas Major, immortalium præconiorum peroranti Vespilloni, luminaribus Tuis, diei insultantibus, umbras affundi: Dudum adumbrata Annunciatione, Umbra Divinitatis, Lumen humanitatis *Virgo Virginum*, ut Virgineam festinatione in montana nemorum anteverteret Chloridem, *umbrâ illius, quem desideraverat, oblectabatur*: ut compendiosam à Diviniori Apelle formaretur in Helenam, *in umbra horologi Achaz, Nigra sed formosa* figurabatur: ut laureatam Apollinis fronderet in Daphnen, *Virtute Altissimi, à luce inaccessibili* fœcundabatur, dum *obumbrabatur*. Umbræ eam meritò hodie, tergemino expressam sidere,

Cant. 2. v. 3.

triformes comitabuntur: sed reflexis conspicuæ radiis, Umbræ Clarissimæ, Umbræ Illustrissimæ, Umbræ Serenissimæ: Umbræ è cælis traduces, in prodromis veterum figurarum umbraculis: Umbræ in terris sequaces in profusis ferventissimi Cætus anhelitibus: Umbræ ab inferis reduces in heroicis juratæ clientelæ Manibus. *Aurora confurgenti* Umbræ sociabuntur matutinæ, ab ipso ortûs diluculo, primâque lucis usura orbi inclarescentes Umbræ Illustrissimæ, è præclara Nobilitate, Statûque Politico: *Electam ut Sol* Umbræ stipabunt meridianæ, in adulto lucis meridie terris prælucentes Umbræ Reverendissimæ, ex Statu Ecclesiastico: *Pulchram ut Luna* Umbræ comitabuntur Vespertinæ, occasum ante occasum civili fatô auspicate, Umbræ fideribus sacratæ, è Statu Religioso. Comitabuntur, nec divellentur: donec positô corporis opacô, vel directum in eas *lumen gloria*, vel eæ *in regionem lucis, ac pacis* inducantur: ac umbris meis faventibus *Requiem æternam*, ardoribus Tuis foventibus *Lucem perpetuam* consequantur. Illustra obscurum, Coetus Illuminatissime, & umbram adjiciam.

Cant. 6. v. 9.

Ergo etiam sidera umbras parturiunt? & quam immenso Divinæ Maternitatis splendore augent, augent obumbrando, & cui in *Candore lucis æterna* conceptum, Divinissimi Solis Parelum communicant, communicant obnubendo? Si Telluris opacitas turgidiore Idâ & Oetâ *Aurora confurgenti* induxisset atritatem, Hesperumque hodie junxisset Phosphoro, dicerem: *lux in tenebris lucet*; indignam tamen Tellurem arbitrarer purpurascente salutis die, quam pleno ei sinu intulit *Stella matutina*. Si *Umbra mortis* & inferi illustrantem se *Pulchram ut Luna*, cognata affecissent caligine, & *Luminare minus* peplo hodie noctis amixissent, dicerem: *Exortum in tenebris lumen*; immeritam tamen autumarem conjuncti *Justitiæ Solis*, quem mortalitati edidit *Plena gratia Luna*. At cæli atria, lucisque patriam, *Electam ut Sol* umbrandam meditari, & dum *admirabile lumen* in *Speculum Justitiæ* compendiô stringitur, umbrandam meditari, id enim verô est *ponere tenebras lucem, & lucem tenebras*. Portentum! inconniventis etiam luminis in umbræ connubio tenebricantis! Epitome siderum, Regina cælorum, in ortu jam suo fugit opacitatem: Pygmæis quoque, Enceladi tunc umbram jacentibus; in occasu jam suo fugat obscuritatem; Pollucibus quoque Castorem tunc induentibus; & in profuso emedullati Cynthii meridie, dum *luce vera, qua illuminat omnem hominem*, foecundatur, umbris incingetur? Si obumbrandam æthræ Caduceator nuncias, resume nominis etymon *Lucis Angele*. In primulo Conceptionis ingressu collium supercilia transcendens hæreditarias hu-

Umbræ è cælis,

Joan. 1. v. 5.

Psal. III. v. 4.

If. 5. v. 20.

Joan. 1. v. 9.

manarum vallium umbras despicit, Immaculata: in umbratili Purificationis progressu, extra terrenum chaos apogæa, opacas popularium morum ac nemorum scenas ignorat, Inviolata: in supremo Assumptionis egressu, Solem penitus induta, pro lethi funalibus, ampliori *gloria lumine*, & dotali Corporis coronatur claritate, Intemerata; & in Hyperdulico duntaxat Annunciationis Tropico, dum celsiorem in se astrorum contrahit periochen, umbrarum ænigmate temeratur? Portentum! ex hauisti in uno lucis & caliginis nexu immensi splendoris! Nimirum dum in diaphana Virginitate opaco unitur assumpti corporis luminosa Divinitas, emergit indè umbra, lucis antè filia, nunc puerpera: ut in *Splendoribus Sanctorum* genita, Increata *mundi Lux*, etiam inter umbras Incarnata gignatur, & partus ipse lucis lucem genitricem parturiat. Confunditur jam umbra cum luce, rerum & verborum antiphrasi: lux inumbratur, umbra elucidatur; vereor in meridie obscuritatem. Deitas sol est, humanitas Bernardo umbra est; spectemus Lumen Claræ Vallis: *Mulier*, inquit, *amicta Sole, vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris*. Jam Sol & umbra in unum coaluère, dum humanitas personatur in Deitatem: & indè *Illustres Umbrae*. Verbum lux est, caro Richardo umbra est; adeamus umbram hanc Virginis pedisequam: *Virtus*, inquit, *Altissimi obumbrabit tibi, quia Umbram in Te accipiet, id est carnem levem: umbra enim figuram habet corporis, sed non corruptionem*. Jam Lux & umbra transière in Synonyma, dum Verbum & Caro sunt convertibilia; & indè *Illustres Umbrae*. Peccata aterrimo notanda theta, antehac umbra erant: *peccata dicuntur umbra mortis: quia sicut umbra ducit ad corpus, sic peccata ad mortem*, Hugone illustrante. At posteaquam, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum factus est, etiam Virtutes, candidò inarandæ calculò, migrarunt in umbram: *Virtus Altissimi obumbrabit*. Ità umbrosum quid radiantem virtutem Altissimi, virtutum exin fulgidiorum imitatur comitatus, tantò clarior, quantò obscurior: adhæret Fides, tunc maximè revelata, dum sub velo: sociatur Charitas, tunc luculentior, dum orba lumine: jungitur Obedientia, dum cæca, tunc oculatissima: accedit Humilitas, ibi manifestior, ubi occultior: æmulatur Virginitas, ibi apertissima, ubi operata: comitatur Justitia, ibi circumspecta, ubi sinè respectu. Adeò quæ summam & recipiunt, & refundunt claritatem, claritatem à latebris, à sipario, & umbris mutuantur. Quid tandem tenebrici in *Aula lucis fulgida* elaboras, Phœbi & Phœbes compendiò, Zodiaci aded impendiò, stellate æther? *Mulierem amictis Sole*: splendide paludatur! quin sinè eclipsi? Dum luna concentricè subiecta Amictæ plantis, diem terris in-

Pl. 109. v. 3.

S. Bern. Ser. de B. V. in Apoc. 12.

Richar. à S. Laur. lib. 12. de laud. Virg

Hug. Charens. in c. 4. Matth. 2. Cor. 5. v. 21.

Luc. 1. v. 35.

tercipit. *Lunam sub pedibus effedum efficis : nitidè provehitur ! quin finè caligine ? dum conjuncta Soli noviluniò suò occultitur. Coronâ stellarum duodecim adornas : fulgidè redimitur ! quin finè lucis exterminio ? dum Solis in præsentia jam rara micant sidera prono languida mundo. Et quid coronaria illa Zodiaci duodena, nisi fidereæ Figurarum Veterum Unbræ, Cælo DEI animato fertum intextentes ? Famulare dicam gregis Dominici Ducum, Apostolicæ duodenæ coronamentum, Agnam, ex qua Pastor ovem induit, coronans, in signo Arietis ? Familiarem dicam Lucinæ jugalium, mari æneo à Salomone substratorum duodenam, quæ Mari gratiarum subjugetur in signo Tauri ? Num germanam duodecim Patriarcharum catervam, astris figuratam, quæ Racheli pulcherrima, Ægypti salutem adscribat in signo Geminorum ? Num præfagam duodecim horarum Achaz umbram, quæ decem ad Virginis altrum regrediatur lineis è Signo Cancris ? An thronum Salomonis, leonum duodenâ incinctum, qui Sedem sapientiæ designet in signo Leonis ? An Virgarum duodenam, à totidem tribuum desumptam Principibus, quarum sola Aaronis pro spica Erigones efflorescat in signo Virginis ? Quid scintillantes cæterorum siderum discutiam nitedulas, quæ simul aptatæ in stellas, simul tenebris coaptatæ, pelago infunduntur luminis, & confunduntur : centoculusque noctis Argus, Electæ aut Sol Polyphemo die obscuratur. Thaboreum per speciem & in enigmate renovatur spectaculum : illic resplendens Domini facies sicut Sol, Et vestimenta alba sicut lux, ut nictantibus attemperentur Opticis, nubes lucida obumbrat : hic nè mortalem obtutum Imago expressissima veri Solis perstringat, Nube diei splendidissima involvitur : imò Seraphicâ Illyricâque purpurâ prædicantibus, in Thaumaturga Matre adunantur, ut umbra & lumen eodem alveo orbi effundantur. Nubecula parva quasi vestigium hominis, Eliæ in Carmelo antonomasticam figurat Virginem : non finè umbris nebulæ sequacibus ; Arca testamenti, Arcam animatam DEI viventis refert Ildephonso, super quam erant Cherubim gloriæ obumbrantia : non finè umbris Arcæ tutricibus ; Arcus fœderis innubibus, emergenti Noë posteritati Mediaticem nostram repræsentat : non finè umbris Iridis altricibus ; Columna nubis Israëlî peregrino prævia Advocatam nostram effigiat, non finè umbris per diem ducibus. Quidquid figurarum ad Signum magnum apparens in cælo, præsignandum, antecessit in seculis, haud aliter futura illuminabat, quam adumbrando. Quanta hæc luminis Prophetici cum umbris catenatio, ut nè Videntes quidem indigiteret, quos Divina illustratione Vates effecit, nisi illustrationi obscurum, nisi Videntibus palpebram adjiceret.*

Apoc. 12. v. 3.

Seneci in

Herculi fur:

Chor. I.

Damasc: de

Dor: Virg:

Greg: Nico:

or: 1. de Nat:

Bonavent: in

specul: c. 2.

Bern: Serm:

2. in Missus.

3. R. 10. v. 20.

Num: 17. v. 3.

Matt. 17. v. 2.

Lecl: Græc:

Syr: Arab:

Bonavent: in

spec: c. 10.

Hier: in Pf. 77

3. Reg. 18.

v. 44.

Ildeph: Ser: 1.

de Assum:

Damasc: Ser:

2. de Nat:

Hebr: 9. v. 4.

Bonavent: in

Spec: c. 14.

Gen: 9. v. 13.

Bern: in A-

poc: 12.

Umbræ in
terris.

Epiphant de
Laud: Virg:

Pausan: in
Arcad:

Ità Cælum Reginam, serenum Serenissimam, in fulgoris plenitudine prodigiosè inumbravit: ut *Aurora confurgentis* patria Tellus, ejus cùm foveretur fulgoribus, citra ardorem, tum recrearetur umbris, citra caliginem: ità inumbravit, ut nonnihil terris splendoris superesset, quod *Matri lucis aeterna* collaturas sese præfiderent. Macti virtutis jubare! non tanta opacitate offundimini cælorum coloniæ, terrarum incolæ: ut quod umbrarum connixit hædere Virgini, æthræ Lucania, id depolire haud valeat Telluris Umbria. Sunt sui & Libyæ Atlantes perenni súdo nubes despectantes; sunt sui Arcadiæ Lycæi, tenacis corporum umbræ ignari; sunt suæ Æthiopibus Syenæ, sub Cancri Tropico attritatem exosæ. Refunde lumen *Obumbrata Illuminatrici*, Cœtus Illustrissime, Cœtus Clarissime, Umbrarum expiativum lumen refunde! Speculari fervoris reflexu Parthenios radios excipe, & geminabis: subtiliorem è gratiæ fluentis vel nubem exhala, & Parhelium reddhostiet: illimes profusioris beneficentiæ latices objice, & fulgidam effigiem redhibebunt. Geris in ferventissimis præcordiis Vesæ vos & Liparas: Vesævi despumant ardores, ardores eructant scintillas, scintillæ glomerantur in flammæ, flammæ ebulliunt in incendia: quibus Umbrarum algores Empyreo adaptandi incalescant. Præfers in illuminatissimis mentibus Idas & Olympos: Olympi confunduntur cum æthere, æther discriminatur in radios, radii densantur in sidus, sidus diffunditur in lumen: quo fusæ extorrium Umbræ pro lucis Patria collustrentur. Quot Serenissima Principum incorporata recensēs Nomina, tot oculata orbis lumina & luminaria: quot Nobilissimarum Profapiarum germina, tot perennibus asteriscis notanda astra: quot Insulatos Ecclesiæ apices, tot radios mundi vertices, & verticalia: quot conspicuos Sapientiæ Proceres, tot Delphicos Phœbos, & Phœbi tripodes: quot sapientes Dicasteriorum Arbitros, tot parturientes Minervam Joves, juvantes Patres: quot gloriosos Bellonæ asseclas, tot translatos in sidera Hercules, aut Herculis Theseos: quotquot demum supputas Parthenios Achates, tot fixas *Cæli Animati* stellas complecteris. Qui quantum exemplari nitore, & vivifico ardore, quantum (proh superi admiratores!) astrorum Principi lumen indidère! tantum, ut æthræ in Ea animaretur compendium, nisi sublimius quid æthrâ vixisset! Sed nunquid talem adhuc sub Au orâ effundendo meridiem, umbris cares cohærentibus, Magna Sodalitas? Academia Principe inclarescis: quid si & Academiæ claritas umbras parturiant? Academia nemorosum apud Athenas Palladis habitaculum, diffusâ in orbem numerosâ originis plantagine, umbris suggerit tabernaculum:

Erpolid:

lum: *tabernaculum*, in mystica luci, lucisque junctura, erit in *umbraculo*. Diem universo invehis: quid si & sereni dies catenatæ nocti denubant? ætivism quantumvis illæ emensæ claritudinem, sciathericis horarum umbris dimetiuntur: *Dies nostri*, Protogenis vixdum vivaciùs effigiandi penicillò, *quasi umbra super terram*. In mortalitate perennas: nunquid & perennitas ipsa mortalium, manes non patitur? *Æneide* quantumlibet inclaueris, cinereâ ponè umbrâ stipabere: *Homo natus de muliere*, Hypotyposi Jobi in Apoliopefin deflectente, *fugit velut umbra*. Et ut propriis careres umbris Luminosa Sodalitas, sub Umbra Virginis progrediens, & conquiescens, alienis certè circumfundère. Mater Divinissima *Mons Domini in vertice montium est*, & Parnassum sapientiâ, & Alpes candore, & *Ætnam* fervore, & *Atlantem* transcendens granditate: sed *Mons obumbrans*; si hujus æmularis cellitudinem, Virgineus inarabit *Vates*: *Requiesce sub umbra*. *Vallis benedictionis*, *Ancilla Domini* est; cui *mensura humilitatis, ex mensura data est magnitudinis*: sed *Vallis Umbrosa*; si hujus sublimaris profunditate, Mantuanus inscribet: *invidit collibus umbras*. *Fons signatus*, *Plena gratiâ* est, & *Paradisiacum* ubertate, & *Mosaicum* portentò, & *Castalium* exuperans vigore: sed *fons coronatus*; si hujus gloriaris plenitudine, subscribet Maro: *inducite fontibus umbras*. *Terra promissionis*, *Benedicta inter mulieres* est, *latte & melle manans*: sed ubertate præumbrata; si hujus ditaris fœcunditate, Calabritana aptabitur epigraphe: *Messis in umbra*. *Hortus omnium virtutum odoramentis confusus* *MARIA* est, & *Hesperii opulentix*, & *Elysi gratiæ*, & *Semiramidis vireti elegantix* antecellens: sed *hortus conclusus*; si hujus flore & fructu bearis, *Alma Sodalitas*; lemma accordabit *Poëticum*: *regit arbutus umbrâ*. Appositè nimirum umbram pariter anhelamus *Richarde*: *In MARIA veluti in borro condense, & umbroso invenitur umbra propitiationis, ad hoc enim obumbravit Eam Virtus Altissimi*. Efflorescit in hisce *Tempe Olva speciosa in campis*, simulacrum *Pacis*: & hac inumbratur terræ cum cælis *Pacificator Status Ecclesiasticus*, *Eminet Cedrus exaltata in Libano*, *Symbolum Præcellentix*: & sub hac sese cernuat terris excelsior *Status Nobilium*; *Attollitur Cypressus in monte Sion*, *Libitinæ monumentum*: & sub hanc refugit, mundo mortuus *Status Religiosus*; *Effrondescit Palma exaltata in Cades*, *Victoriæ præsagium*: & hanc sibi deperit *Marti subhastatus Status Polemicus*. Diffunditur *Platanus juxta aquam*, effigies amplitudinis: & sub hac conquiescit universum protegens *Status Politicus*. Quantæ in terris umbræ! seu in *Parthenium* projectæ gremium, seu è *solari Protecricis paludamento* profuentes!

His

If: 4. v. 6.

r. Par. 19.

v. 15.

Job. 14. v. 2.

Isa: 2. v. 2.

Greg: M. in

i. Reg.

Abac: 3. An-

dr; Hier: de

Annun^{ti}

Virg: Ecl: 7.

2. Paral. 20.

S. Bon: in

spec: c. 5.

Aug: in Eccl:

3. v. 20.

Virg: Ecl: 7.

Cant. 4. v. 12.

Virg: Ecl: 5.

S. Bern. Ser.

super Salve.

Virg: Ecl: 6.

Hier: ep: ad

Pam:

Cant: 4. v. 12.

Virg: Ecl: 7.

Richar: à S.

Laur: lib. 12.

de Lau:

Ecl: 24. v. 17.

His penè solis opaca Tellus Illuminatrici novit famulari ; dùmque nobiscum quà adorando, quà perorando *Pulcherrimam mulierum* sub Parrhasii velo verbis delineat, dum Encomiorum Iliadem amphitheatro infert, dum *Fundatam in montibus sanctis* parasangis metitur, dum per anniversariam Virginis galaxiam itinerantes ad astra animos Elogiò comitatur, totam sese in umbris perdit, & occulit : his & picturæ elucubrantur, & Scenæ animantur, & Geometræ diriguntur, & Viatores refrigerantur.

Umbrae Sed profundioribus adhuc immerfi palpitamus atroribus, vestigalem Mortis thulem, ac subterraneum Erebi propylæum, pernicibus mentis vestigiis subingressi, sinè blandiente Lethes malacia, sinè fulcante Charontis remo, sinè duce Lachesis filo, *ferimur per opaca locorum* : amicas palpate umbras Auditores Illuminatissimi. Ambigo equidem, Mæandrorum fatagens, & magnopere ambigo, num tanta Serenissimi etiam Sodalitii lumina, cælitum germen, *Lucis filii*, ætherei animi, inter umbras valeant oberrare. Non eos huc duxere facinora cælos tangentia, non fama polos transgrediens, non virtus Phœbum æmulata ;

ab inferis. *Umbrarum hic locus* : Ad aulam lucis maturate Illustres Umbrae, ad patriam *non egentem Sole, neque Luna, ut luceant in ea*, cum pumili luminis fastidio. Fides vestra obscura est, hâcne isthuc dirigimini Ariadnâ ? Virtus vestra Lucis Increatae Scena est, hâcne prævenimini Atalantâ ?

Virg: Æn: 2. *Gloria vestra Virtutis umbra est* ; hâcne huc allicimini Parthenope ? *Umbrarum hic locus* : cavete vel vestram cum Pisandro umbram, leoninî Thesei, eburni Eleazari, peltati Epaminondæ, palmares Scævola, Herões Mariani : ubi *claritas DEI illuminat*, Lucinam eò præfulgentem prosequimini. Funestam tamen formidoloso oggerit Catastrophen, in Plejades hodie versâ Alma Sodalitas : Depiles, elingues, elumbes, enerves, exsuccos, exangues, & ultra Ezechielis ostentum, exoffes manes ; dum tot Mausoleo circumfusis luminibus, Parthenias à porta inferi Umbras evocat : *ferimur per opaca locorum*. Suum & huc protendit imperium, tergemini adinitar Phœbi, triformis Hecate, coalescente sub unum diadema Monarchiâ *cælestium, terrestrium & infernorum* ; Cælestibus præficitur *Electa ut Sol*, astrarum Princeps, Assumpta ad cælos : Terrestribus præsidet *Aurora confurgens*, diei Parens, Nata in terris : Inferis præest *pulchra ut Luna*, noctis Antistes, in pellucido Annunciationis nubilo (dum *desuper nubes Justum depluunt*) obumbrata DEI para. Agedum gratiosa luminum Astræa, dominatûs

Virg: Æn: 6. *Umbrarum hic locus* : Ad aulam lucis maturate Illustres Umbrae, ad patriam non egentem Sole, neque Luna, ut luceant in ea, cum pumili luminis fastidio. Fides vestra obscura est, hâcne isthuc dirigimini Ariadnâ ? Virtus vestra Lucis Increatae Scena est, hâcne prævenimini Atalantâ ?

Apoc: 21. v. 23.

Senec: ep: 80.

Phil: 2. v. 10.

Luc: 2. v. 79. *paris statera auspice, Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent !*

deus! Tibi lunatarum uberem De profundis eductura umbrarum comitatum. Emergit inde Philosophia Calliope, ceu Stagirita ex Evripo: at in Animate exanimis, in Physica nescia corporis, Logicâ solum involuta caligine, ambulatrixque inscribit Peripati: *ambulate, dum lucem habetis.* Exurgit inde Medica Evertpe, ceu Deucalionis jactibus post cataclysmum redanimata Theffalia: at exangvis phlebotoma, at expers pharmaci, unicam letho herbam porrigens, pandochisque inclamat: *lux obtenebrescet.* Egreditur inde Juridica Clio, ceu recuperata ab Orpheo Evrydice: at sine pandectis vitricibus, sine armatura legis, solo provisa Codice de Advocatis & pactis, inciditque gnomen dicasteriis: *Lux orta est justo.* Prorumpit Theologica Uranie, ceu revocatus ad usuram lucis Bartimæus: at sine aquilina acie, sine visionum Apocalypsi, folis ex Secunda Secundæ instructa Virtutibus, epiphonemâque inarat sandapilis: *post tenebras spero lucem.* Agedum gratiosa luminum Astræa Illuminare! ut sub radiosa umbra Tua fœderati Manes lucem æternam sortiantur! Si Umbræ sunt, ex asse Tuæ Cynthia sunt, & Tui splendoris pedi sequæ sunt, & umbræ propter *umbram mortis* sunt, actutum migraturæ in lucem, si, corporis jam non obstante opaco, sublustres illustraveris. Verum quid ego pro Silentibus verbosior, Iphis vehementius & verbô pervasuris, & nutu permoturis, Tullios anteverto? Vosmet perorate, si tenebrica etiamnum offundimini fuligine, vosmet perorate, muti Isocrates, facundi Pithagoræ, *Umbræ Illustres:* prælucenti Virgini Exornativum concinnate Panegyricum, ad delectationem: sequacibus nobis Deliberativam intonate Parænesim, ad reformidationem: Exemplaribus vobis Judicalem irrugite Exegesim, ad clementiam. Animate Propopœjas, acuite Emphases, Ethopœjas incitate, Communicationes innovate, Gradationes elucubrate. Si Periodi jam vitæ diffluxere, Clothûs Incisa supererunt: *si Figura mundi præterit,* Translationes suppetent: Si Loci jam dissipant, Affectus argumenta pensabit. *Hesterni sumus* (audite silentium ora, redivivi Harpocratis oracula, hodierni Demothenes!) *hesterni sumus* (mille annos hesternæ in luce cum Psalte contueamini) & *ignoramus* (Lethen haulisse reminiscamini) *quoniam sicut umbra Dies nostræ* (hesternum umbram esse hodierni arbitramini). Nec plus ultra! Apopsesin Parca indixit: *Favete linguis.* *Hesterni sumus!* resuscitatis tantisper, atque ad *lumen gloriæ* assurgentibus, *Illuminatrix* Vestræ illustratione, Hesternis Umbris, Vestro ardore Orationem hodiernam prosequamini, D. Domini Auditores modò, Oratores exemplo disertissimi.

Joan: 11. v. 35.

Job. 13. v. 6.

Psal. 96. v. 11.

Job. 17. v. 2.

Job. 8. v. 9.

Umbræ Jamque *Aurora* confurgit, affurgite *Umbræ*! *Electa ut Sol* meridia-
Matutinæ. tur, transmigrate *Umbræ*! *pulchra ut Luna* oritur, requiescite *Umbræ*!
 atque ad ortum occasus nescium, ad meridiem opaca depurantem, ad
Requiem æternam erigimini! *Umbrosum heri*, cum perenni *hodie* commu-
 tate. Erigimini! *Aurora Vestra*, Aurea sanè hora, non jam Mythologi-
 cò Horarum ministeriò, sed Anagogicò pietatis mysteriò, ad Diem
 æternitatis *Orienti ex alto* effedum apparat: Provehimini! Utque pe-
 rennatura beatitatis Dies, ab *Aurora* ad *Lunam*, solari recurso coordine-
 tur, *Umbras* signemus *Horarias*, *Horas Sciathericas*, *Veterum* in mo-
 rem supputantes septenas: *Veterum* in morem, quia *hesternas*: septen-
 nas porro, quia *Officii Mariani*, quia *Canonicas*; nullam sinè *Laudibus*,
 nullam sinè *lumine*, nec sinè *Epigraphe*: *diem dimetior umbris*. *Horas*
 signemus septenas, quia *Planeticas*, *Hebdomadi* connumeratas: *Um-*
 bras septenas, quia *divinas*, *septies in die laudem* confignantes. *Ad sum-*
 mam locus est & *pluribus Umbris*; nisi acervatis *Horas* Moraremur, diem
 obscuraremus. *Matutinas & Primas* *Aurora* vendicat: est *primula lucis*;
Tertia & Sexta ad meridiem *Phœbi* refertur: est *triformis*; *Nona* ad
Vesperam, *Hesperique* inclinat *Completorium*, meritò numerosior, si
Sol decedens crescentes duplicat umbras. *Horæ matutinæ* ampliores, *Um-*
bræ Auroræ grandiores. *Giganteos* illa *Umbrarum Magnates*, *Illumi-*
nans mirabiliter à montibus æternis, gignit & suscitatur: *magnificum* dispici-
 te *Phosphori Syrma Astronomi*, & ex *umbra siderorum* quoque corpo-
 rum metimini vastitatem: *Majorésne cadant altis de montibus umbræ*. *Um-*
bras Matutinas, *Manes* intelligite *Nobilissimos* è statu *Politico*, ab ipso
vitæ diluculo orbi clarissimos, ab ipso pariter ortu, præpter *Gentilitiæ*
Arboris amplitudinem, orbem inumbrantes, ortus continui serie occa-
 sum excludentes, *Umbras Illustrissimas*, si tamen *Umbras*, *Deastrorum*
Cæligenas.

P. 113. v. 164.
 Horat. lib. 1.
 ep. ad Torq.

Virg. Ecl. 2.

Pf. 75. v. 5.

Virg. Ecl. 1.
 vult.

Non ego Te horis metiar, qui secula excedis,
 Umbram non jecisti, qui sidera gignis:
 Parcarum, Oratorumque filum abrumpens,
 Nè arctareris,

Temporis cancellis erumpens, ut æternares:

ILLUSTRISSIME ET EXCELLENTISSIME Domine, Domine
 ERNESTE, S.R.J. COMES à WALDTSTEIN, Hæreditarie Do-
 mine in Kwatierub, Superiori Beskowitz, Zwiretitz, Studenka, Klo-
 ster, Wallefchow, Kniczmaß, Soletz, Münchengratz, Magnoskall, Ci-
 vitate Turnoviensi, Biela, & Hirschberg &c. &c. Sac. Cæs. Reg. Maj:
 Inti-

Intime Actualis Coadiutorie, Camerarie, Regie Locumtenens, Judiciū
Majoris Provincialis Assessor, & Supreme Regni Boëmiæ Præfecte:

Nana Tuis laudibus hora est: omnes merite.

Seculis vixisti cum Polluce,

Æternitati operaberis cum Apelle:

Cum hoc operando Tibi perennis,

Cum illo communicando Tuis immortalis.

Secula Te & Soles parturivère: quid nisi luci, & seculis?

Soles ILLUSTRISSIMUM, Secula EXCELLENTISSIMUM.

ILLUSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

WALDSTEINIANÆ Profapiæ

Leones & Aquilæ, Coronis affines:

ADAMUS Supremus Regni Boëmiæ BURGGRAVIUS,

LOCUM Tibi EXCELLENTISSIMUM aptavit:

MAXIMILIANUS designatus FERDINANDI III. Aulæ Præfectus,

PRÆFECTURÆ REGNI prælusit:

BURIANUS Supremus Moraviæ JUDEX,

JUDICII MAJORIS ASSESSOREM præsignavit:

WOLFFGANGUS & CAROLUS Supremi CAMERARII,

CAMERAM ad INTIMA CONSILIA patefecère:

(Quid CELSISSIMA usque adeò secula mora reptili strigam?)

Secula Te parturivère, Leonem & Aquilam:

Leonem ab unguiculis, Aquilam in obtutu,

Fortitudine, & Sapientiâ

Epitomen Seculorum.

Omnes in Te Tui vixère, Tu in Uno:

Cui omnia vivunt.

Quid avitas recenseam Ceras?

Aras respicito cera stellatas Virgine,

Quæ in universis ditionis Tuæ Ecclesiis perpetuùm coruscans,

Diviniorum demonstrasti cognationem:

Cujus fores *Amicus ad Aras.*

Votum ante hac viventium erat pro mortuis,

Quod Tu mortuorum fecisti pro viventibus:

Lux perpetua!

ILLUSTRISSIMUS sanè, & EXCELLENTISSIMUS,

ab illustrando,

Totus in Aras abiisti, dum Teipsum cælo faciasti:

ENemorum nempe *Lipidibus* Aræ struuntur,

Ut sint WALDTSTEINIANÆ.

Sacraria pro vivis, sacrificia quotidiana pro mortuis

Firmam Te Petram fundata prædicant.

Templa etiamnum viva ædificas:

Senorum subditis millium in perpetuum condonatum censum

Tabulæ loquuntur, plusquam Rhetoricæ;

Qveis piissimum vulgo extorques suspirium:

Pater Noster!

Hæc summaria operum Tuorum meta & amissis:

Semper, & in secula!

Hoc solo Secularis es, quod seculis natus:

Imò seculo mortuus,

Ut ara fieres *Regi seculorum.*

Seculis Tuis Magnos adumbrâsti, luce, non umbra:

Constantinum Ecclesiis, Augustum aris,

Virginis Parientis.

Magnis præluxisti: Geminis ex Te ortis Sideribus:

In gradu indè superlativo, Ter ILLUSTRISSIMUS:

Dum per Tantos inclarescis.

Quorum vel educatione Socraticâ astra olim commeritus dicebare:

Aquilinos ad Solem, Leoninos probans ad ungvem.

Et Aquilæ & Leones WALDTSTEINICI

Coronata, & perennantia sidera sunt:

Imperio & Regno præfulgent,

Imperii Aquilis Leonibusque Boëmis conjunctissimi.

Clangant nunc Tuæ Aquilæ MARIANO Sideri:

In lumine Tuo videbimus lumen;

Nos cum Leonibus asseclis, si Umbraam reliquisti:

In Umbra Tua vivemus,

Nunc, & semper!

Pfal. 35. v. 10.

Thren. 4.

v. 20.

Pfal. 76. v. 11.

Sed quo ego, Ariadnæi experts fili, seculorum involvor Labyrinthô?
ubi vixdum Tullii Exordia valent texere, nedum moliri Epilogos, nisi
Oratorio terminandos Colophone: *Dixi, nunc cæpi.* Laudes nunquam
desituras aggressus, Matutinas nondum horas umbris tangentibus,
Diurnum præposterè tracto Parthenium. Spargimini diluculi umbræ
in Horarium! nec vos à seculis abluditis: Si *momentaneum* quoque &
leve, prodigiosa virtutis Apotheosi, *æternum gloria pondus operatur.*

1. Cor. 4.

v. 17.

Matu-

Matutinam jecisti Umbram Argi, vel Ægeonis,
Oculatissime Arge, operosissime Ægeon,
ILLUSTRISSE ET EXCELLENTISSE DD. FRANCISCE
S. R. I. COMES POPEL DE LOBKOWITZ, Domine in Neudorff,
Eisenberg, Sedschitz &c. Sac: Cæs: Reg: Maj: Intime Actualis Consi-
liarie, Camerarie, & in Regno Boëmiæ Regie Locumtenens:

Matutinam jecisti Umbram,

Quia Matutinas vixisti horas: in ortu perpetuo.

Ubi cœpisti, ibi sphæricè collineando desisti:

Non quasi nunquam progrediens, sed semper orieas.

Indeptum ab Ortu splendorem,

Majorem Majoribus reddidisti:

Dum pari virtute conservâsti, suppari auxisti.

Non recessisti à purpurea, Principum Affine, Aurora:

Sed irrorante Tellurem, non plorante Memnonem.

In Commotovenis Societatis Domiciliis

Vivunt etiamnum Majores Tui, & operantur,

Centimani Ægeones;

In Lauretano Pragensi Sacratio,

Provident etiamnum, & spectantur,

Centoculi Argi.

Quibus gemellam laudum deferam Hecatomben,

Si mihi sint Lingva centum.

Tu geminatâ Flaminibus Sacris alimentariâ argentinâ,

Demosthenes Panegyristas elingvâsti:

Æterno sacrificiorum fundato jubare,

Lynceos æstimatores exoculâsti.

Matutinus nempe eras: Soles prævenisti.

Regia Solis erat,

Ovid: Metz.

Ubi ab INTIMIS CAMERÆ CONSILIIIS refulgebas;

Regio *sublimibus alta columnis erat,*

Ubi Herculem, Regius Atlantis LOCUMTENENS, agebas;

Solis Jussu Solium est,

Ubi *annos aternos*, vel horis, commeruisti.

Horis, inquam, MARIANIS in dies fufis:

Et unde Matutinis, nisi quia ad Auroram?

Memnoniam egisti statuam.

Manè nunc Tibi faustum *Stella refundit Matutina:*

Non manè à Manibus, in Umbra mortis,
Sed manè à manando in fonte luminis.

Si fontem coronas,

Matutinum Hymnò Ambrosianò, etiam De Ea, jugiter coronabis:

Qui Tibi jam Primam in umbravero Horam, nisi Laudem in Te,
cum tumulatis aliis tumularum, emedullatam præmifero epitomen,
Auroræ nostræ Primigenie, Munificentiae primicerie, Aciei pientioris
Primipile, Illustrissime DD. JOANNES CAROLE S.R.I. COMES
de WALDTSTEIN, Domine in Komorny Hradek, Hradenin, Tre-
bitz, &c. Sac: Cæs: Reg: Maj: Actualis Camerarie, nec non Augu-
stissimæ Imperatricis Dotalium Civitatum in Regno Boëmiae Sub-
Camerarie.

Nobilissimæ Virtutis, & Virtuosissimæ Nobilitatis Tuæ

Umbra nulla erat in vita comes,

Post fata summa superstes.

Illam meridianam dicerem, hanc occiduam,

Nisi ab Auroræ sinu nõsem utramque profluam.

Deperiisti Auroram, & ideo non periisti;

Nequimus sub ortus sidere occasum pati.

Gemmet hic Aurora, gemat Æthra nutrix

Memnonem æthereum!

Si neque mutiant sexcenti Iri,

Qui in Cæna Domini apud Te heriliter vivebant,

Nec Illustrissima balnea reluant lacrymis:

Si neque hiscant subjecti Telli,

Qui Pharmacopolii Tui pretiò, sine pretio reviviscebant,

Nec singultus lethales pensent suspiriis:

Si obmutescant mutili Codri,

Nec slipem, nunquam negatam, trutinent votis:

Stillabunt saxa, Castaliis amula,

Quæ Novus Amphion in Sacratiores Thebas coëgisti:

Dum in Divinis Hæreditariæ Telluris ædibus.

Ruderatam ubique vetustatem, ad primam reduxisti novitatem.

Quàm roscidus Tuus Ortus, quàm nubilus Tuis occasus:

Quanquam nihil gemendum egeris.

De manè usque ad vesperam siniantur alii

Fiâtque illis Vesperè & manè Dies unus:

Tu manè unicum in dies omnes,

In ætatem usque MATRIS Auroræ protendisti.

Ubi eras ILLUSTRISIME Phosphore,

Cum Numen laudarent astræ matutina?

Aut in luce *Viri Orientis*, aut in Umbra *Auroræ Confurgentis*.

A quarta matutina (Primam diei dixero)

Trihorio callum Jacobeam genibus imprimebas:

Primas Tibi lucis vendicans, imò Numini.

Inspice Sodalitas Normam, Nobilitas Formam:

Ephemerides consigno Precum, non Elogium Virtutum.

Tria indies rosaria, Roseum reterebant Phosphorum:

Psalmi Pœnitentiales, Auroræ lacrymas:

Officium Defunctorum, Matutæ nebulas:

Litaniarum analecta, disparentia stellarum agmina:

Horæ de Immaculata, Primulos Phœbi radios:

Majus Mariophili pensum, plenum diluculum;

Familiaria hæc videantur oracula, vel miracula,

Nostrum meridiem confundentia!

Huc sciathericum Trismegiste horologium,

Lemma dabit Apelles: *Nulla hora sine linea.*

Primam viventi ostendit, nunc secundam.

Nulla Ei Mariana lux sine linea peripheriæ Evcharisticæ;

Nulla FERIA Sexta à feriando, sed feriando:

Dum *memoriale Mortis Domini* recolebat.

Hæc Mortis umbra comes ILLUSTRISIMO!

Quid Tibi instillabat Seraphica DEITAS,

Toties à transmeante basiata in ponte Sazavæ?

Caput inclinatum ad osculandum.

Quid inspirabat Crucifixa Charitas,

Toties ab abnoctante adorata Prageno in Ponte Moldavæ?

Cor apertum ad diligendum.

Umbram Tibi jaciebat de *Arbore fulgida*,

Ut hora vitæ ultima, foret Prima;

Procuratam tot Ecclesiis impertiebat Indulgentiam:

Ut faustus Te Primæ terminus:

Ad vitam perducatur æternam.

Non augebo umbras diluculi, luce augescente: nec eas requirunt
lucernæ sub modio, ut ut jubar suppeditaverint. Perillultris ac Gene-
rose Domine FERDINANDE RUDOLPHE Dobrzensky Eqvès
de

Job. 38. v. 7.

Zach: c. 6.

v. 11.

Aug. lib: de

Virg:

Eccl. in Brev.

de DOBRZENITZ Domine in Dobrzenitz, Chwalkowitz, Schwein-
schödl, & Micro-Bukowin, Districtus Reginae Hradecensis Capitaneus,
Almæ Societatis Nostræ Benefactor:

Umbram petisti, quanquam effulgeres:
Illustrissimus cum esses, patebas opere, latebas Nomine;

Tuomet Iplius Elogiò tumulabère.

MARIANUS ex asiè eras; munera loquuntur;

Hic umbram reperisti.

Divinus secundum cor: Posterì exprimunt;

Hic umbraculum apprehendisti.

Caput Districtus Reginae Hradecensis: membra Te suspirant;

Hic lustra implevisti.

Sed cum latere mavelis ad summam præconii:

Sub Virginis umbella late Magna Umbra.

Umbræ
Meridia-
næ.

Invalescit lux, quanta inconniventem etiam perstringat Socrate, disparent
umbræ, quantæ Titanem quoque aut Titanas dimetiantur: Meridianum
nunc Mome Solem cavillare! si nondum in excentricum Josue aut Achaz
diem diluculascit, non inficiabor complures ILLUSTRISSIMORUM
ac PERILLUSTRIMUM Manes sub Virginea latere umbra, tenuibus Ora-
toris nictibus subtractos: vel factis immortalibus, pro humili Umbrarum
latendi studio, vel præconiis penitioribus, pro alieno lucubrandi ardore,
reservatos. Meridiei intendite! quem a Solis ortus cardine, dissipata
Gentilitatis opacitate, Per vera mundi lumina, Magister invexit Apo-
stolorum, in omnem terram. Et quidni lumen fidei, quod emanat, splen-
dor virtutis, per quem emanat, lumen gloriæ, ad quod emanat, statui at-
tribuatur Apostolico, à quo emanat? Si quot Ecclesiæ firmamentum
splendescit Eruditis & Erudientibus, tot stellis radiet in secula fulgen-
tibus: nemo Ecclesiarum Argis sudum negabit meridiem, nisi quod uni-
cum prodigiò non cernat Solem. Ubi collustrando Sol delassatur Altis-
simus, quis hic atratas in profundis Umbras scrutetur; nisi eximias ab-
atitore, quia exiguas: *Fecerat exiguas jam Sol altissimus umbras.* A Tec-
tia, meridiei & diluculo concentrica, merum Ecclesiæ inchoari diem
nè ambigite: *Dum lucis horâ tertiâ repente mundus intonuit, Luce Beatissima*
Apostolicum inumbrari horologium, ut completerentur dies.

Mausoleo impressam respicite umbram,

Signate Tertiam: in Trina perfectam.

Reverendissimus Perillustris, ac Amplissimus Dñs ADAMUS IGNA-
TIUS MLADOTA de SOLOPISK, Dominus in Skreyfchow, Proto-

Nota-

Eccles. in hymn:

Psal. 18. v. 5.

Ovid. 3. Met:

Eccles. in hymn:

Act. 2. v. 3.

Notarius Apostolicus, Sacrae Metropolitanæ Ecclesiæ ad S. Vitum
Prælati & Decanus, Collegiæ in Capella Regia ad OO. SS. Præpo-
situs, Sac: Cæs: Reg: Maj: Prælati Domesticus, & Exemptæ Wisse-
hradenfis Ecclesiæ ad SS. Petrum & Paulum Canonicus, Almæ Con-
gregationis ex ultima voluntate Benefactor, hunc sibi Lessum inarat:

Pusillâ hac urnâ modica condor Umbra,

Quia Meridiana:

Intenta ante cineres, protensâque fervore,

In omnem terram.

In vivis Trinitatem, post fata Tertiam commonstro:

Et ideo umbra, & *Homo omnium horarum,*

Si tria sunt omnia.

Adamum egi: non umbram Primi hominis, sed Adæ secundi,

Vel, si Tertiam, utriusque.

Tres inumbravi Decanatus, dum luxi:

Sobotocensem, Regiæ Hradecensem

Et Metropolitanum Pragensem.

Ultra gradum superlativum ascendant Posterî.

Perillustrem me nescivi Umbram,

Nisi charitas foret perspecta omnibus.

Non me ab ægris arcebant frigora & turbines,

Non egenorum Pater pædorem exhorruî:

Flagrabam, & fragrabam in meridie.

Jam in sole desino, sol in umbra:

Dum Fests suis in egena à me æternùm fovetur Decade

Electa ut Sol.

Ad punctum venimus meridiei, ad lucis centrum; si sublime quid
in compendio præstolamini, aquilina acie intendite: nos columbinâ.
Perfectio lucis in Sexta nocte est coronidem: ut hic etiam perfectum sex
dierum opus elucescat. Deficimus, cum proficimus, Umbræ cum lu-
mine: Luculente meridies, jam & umbram tui amisisti, Reverendissi-
me. Prænobilis ac Venerabilis Domine JOANNES FRIDERICE
Langehans, Regiæ Capellæ ad OO. SS. in Castro Pragensi Senior, nec
non Exemptæ Ecclesiæ ad S. Petrum Budissinæ Canonice, Carlthei-
nensis Decane; Et Umbram Tui amisisti, quidquid Spectabile, totum
obtutui subduxisti, epitaphium duntaxat comperio, & epicedium:

Nec Umbra superstes,

Hic pasco, hic ubi in meridie:

C

A Pa-

Caute. v. 6.

A Pastoralis simul munere, lucisque usura
 Post pondus diei & æstus conquesco.
 Regium in lucis apice culmen attingi:
 Cui omnia cum Regali Sacerdotio basilica concredebantur.
 Regium ad S. Georgium Cœnobium, Administratori:
 Regia ad OO. SS. Capella, Canonico Seniori:
 Regia in Carlstein Ecclesia, Decano.
 Nunc, si umbra transiit est tempus nostrum,
 Si transeunt omnia tanquam umbra,
 Quid ego inter omnia?
 Nec Umbra superstes.
 Superest tamen Henrice Viator,
 Quod modicellâ Sextæ meridianæ Umbrâ commoneare:

Post sex.

Ubi in jubaris plenitudine arbitrare: *Profecit;*

In fronte Sextæ leges: *Defecit.*

Umbræ
 Vesper-
 tinæ.

Ità cacuminato splendore, detriumphata mortis caligine, effra-
 cto tenebrarum carcere, depurgatis Umbrarum nævis, Pœana modu-
 lare, Illustrans & Illustrata Sodalitas! non sunt comperendinati ardores
 Tui, quin in Seraphica præcordiorum Vulcania, obryzum lucis aureæ,
 Manes deaurans, à terrenæ opacitatis scoria, ad eliquatam puritatem,
 ad acervalem plenitudinem deliquesceret. Sed enim Palinodiam Mi-
 sene buccina! insolente seculis metamorphosi, sub meridiem *advespe-
 rascit, & inclinata est dies*: post evoluta lustrorum curricula, compene-
 trata Annunciationis & Passionis luce: *A sexta hora*, portento Arco-
 pagitas siderante, *tenebræ facta sunt super universam terram*, Cimmeria-
 rum præficæ, *usque ad horam nonam*. Dúmque tumescentes adeò, nec
 Asiam modò cum pullulante è Mandanes gremio vite, sed terraqueam
 molem opacantes, *Sol decedens duplicat umbras*: præculcate circum-
 fluum mundi Umbronem, & velitibus Astrorum cæstris succenturiami-
 ni, stellata ingenia, empyrei genii, Religiosi Statûs Antesignani: hemi-
 sphærio unì occidui, ut alteri oriremini. Subvereer ingratitude,
 Vespertinis Vos umbris involvere, Triformis Lucinæ Matris, Tri-
 corporem sub ternis Præsidibus Sodalitatem Nostram quondam irradiantes,
 Triarii Duces, Soligenæ Hesperugines, Theosopha Doctorum
 Trias, Theophile Rectorum Societatis Ternarie, animi mei anima,
 Corporis Mariani lux & lex, Fidelium spes & Charitas, Admodum Re-
 verendi, Religiosi, Eximii, & respectivè Magnifici, Amplissimi ac Spe-
 ctabi-

Sap: 2. v. 1.

Sap: 5. v. 9.

Luc: 24. v. 29.

Eadem dies
 Annunc: &
 Pass: ex Cor-
 nelio à Lap:
 in Matth: 27.
 v. 45.

Stabiles Patres, FRIDERICE WOLFF, JOANNES EDER, &
JOANNES TOBL, è Societate JESU, Viri à virtute, inter fructus
& præfagia Autumni nati, inter flores ac præludia Veris denati, luci
longiori anhelati: nisi perpetuam anhelantes, *longiores Umbra Vesperè*, ju- Jer. 6. v. 4-
re suo terris injuriæ, tumulassent.

Torque vitæ telam in contextum, contextum resolve in filum, fili
lineam stringe in punctum, Fasciatæ Aquilæ Metropolis Wratislavia, in
PATRIS FRIDERICI præconia (sat est in Patris Antonomafia Amplif-
simos titulos compendifacere) Tagos & Ganges profundens; Ego Palla-
dem hujus Jovis non è basibus Leopoldinæ eruo Universitatis, nec Vestam
è fundamentis Basilicæ elicio Principis, ab Eo inchoatis & consumma-
tis, sed in Apollineum novenarium reduco Palladem, Angelicòque Ve-
stam incingo: ut rupeo Viro Numeri invariabilis Nonam attribuam
inhoroscopum.

Poterat Fridericus agnatas dilucescere secus Purpuras:

Poterat meridiari oblatos inter Archi-tiaras:

Nisi illic vagiisset, hic incanduisset.

Natus è Junone Livoniæ, Minervam prætulit.

Casimiri Poloniæ Tonantis Ganymedes,

Achatem in Societate deperiit, ut Æneides mereretur.

A puero magnes Principum,

Renuit Elogia sinè diademate.

Magnus Leopoldus encomia fastigiet in Summam:

Sanctum Mobile P. Fridericus, non nisi in calo fiet fixum.

Motorem Immobilem indigitarem, Cæsar Sacratissime,

Nisi Tu Perpetuum Mobile portendisses!

Purpuratæ toti pene notus & gratus Europæ,

Movere omnes potuit: moveri nullis, nisi æternaturis, & immobilibus.

Sanctissimis præstò & Sacratissimis,

Placavit Innocentios, placuit Leopoldo.

Serenissimis Saxonibus, Georgio pacem,

Augusto instillavit Fidem.

Duces devinxit, & Principes,

Castra in iis devicit, & Regiones.

Hactenus Motor, jam inmotus:

Non permovère Caucazum hunc aurei Prussicæ montes,

Nec Mosci Scythicarum Martium greges,

Regia Majestatum munera:

Quin splendores arceret Vespera:
 Dimetire Umbram ex Occiduo Lumine:
 Quàm profunda! eadem ad thronum, quæ ad furcam:
 Quàm ampla! Sacrarum paginarum Zelosa Bibliotheca,
 Quàm longa! Europam dimensa est,
 Quàm alta! DEUM attigit.
 Annos Ignatii implevit, vitam expressit:
 Insigne Lojolæ gerebat in Nomine;
 In DEI causa agebat *Lupus, non lepus*:
Præclarus Custos ovium, usque ad Vesperam.

Tam serenum crepusculum vix orbis viderit, certè inviderit:
 quod ad caligantem noctis minimè inclinabat atredinem, sed Atlanteis
 præpediebat lacertis, nè orbis labasceret in occasum. Vesper jam ple-
 no invèhitur Boote, Lucina auspice: quem R. P. JOANNI EDER,
 coronata Nisilænæ Elidis addicat Pæcile, sub Sabbati Sancti Hesperum,
 fideribus cumulatim occurrantibus; avvocato, & annumerato. Sug-
 gestam hic Aganippen cogo in stillam: nec Epidicticum Syadæ Ocea-
 num occidenti pandam Delio in diverticulum.

Math. 28. v. 1.

Vespere Sabbati, qua lucefcit in prima Sabbati,
 Luminosam R. P. Joannes nactus est *Requiem*;
 Nemo Vesperam neget posse illucescere.
 Et dum vixit Vesperam, amans nesciri,
 Et dum desiit vivere: non desiit prælucere.
 Ipsæ Horariæ Ejus umbræ rutilabant,
 Nam lumen sequebantur: à lumine motus.
 Religio Patrem luminum commonstrabat:
Sinè Tuo lumine nihil est.

Conformitas cum Astris, ceu Magos stella, movebat:
Superni luminis ductu.

Humilitatis umbris pascebatur:
Nil lumen, & desicit umbra.

Fortem in regimine Ejus svavitatem,
 Narses Lucam obsidens

Violentis obsidum plagis, sed umbraticis exprimat:
Ferrea virga, umbratilis ielus.

Virtutum omnium umbram adultam, Trivultius Dux Melpheos:
Non cedit umbra Soli.

Hæ Epigraphæ sciathericæ, hæ Joannæ.

Agath: l. 2.
 de Bel:

Multa traxit sidera Vesper hic lucidus:
Ter centenæ *Prima Magnitudinis*, Mariani Fœderis *Stella*;

Hoc Authore dederunt lumen in custodiis suis,
Et luxerunt *Ei* cum *Jacunditate*, qui fecit illas.

Minora etiam astra in *Via Lactea* spectentur.
Simon Abeles è tenebris per Eum orbi inclaruit.
Umbram nempe & lucem P. egit Vespertinam:
Cum Sole, inquiet, abeo, & redeo.

Jam pene, congenito defectivorum lapsu, crebrescentes inter
Umbras disparet Oratio; coronamentum adjiciat, & Horarum signet
complementum occiduis Umbris, laureatis consignet lessis Prægena
Neapolis, concinnandis Eximio Collegii Capiti R. P. JOANNI
TOBL, threnis aut Odysseis, tota abitura in Parthenopen.

Hybernum egit Diem & Laconicum,
Qui tam præcocem in vere Vesperam habuit,
Augi vicinus, Solstitium meritus,
Obumbrata gratiarum Pandora, R. P. JOANNES.
Pandoram Eum reddidit *Gratiâ Plena*,
Dum Galaxiæ per Eum Bernardis distudit fluenta.
Mirum! etiam Phœbes plenilunium horas dirigit.
Hybernum iniiit diem, Majalem obiit,
Oriens cum canitie, moriens in viridi:

Cani enim sunt sensus hominis,
Seneclæ Venerabilis, non diuturna.

Quis existimaret Cupressos, Majales esse arbores?
Quæ in Aldobrandini mediæ gracilescabant viridario,
Ut floridis in areolis supremam umbrâ horam indicarent;

Non sine lemmate: *docet, & deletat.*

Parnassi Floridarium erat Joannes:

Prodesse natus, & deletare.

Placebat omnibus, placabat omnes:

Quia Majum vixit, & dixit.

Diligebat, & diligebatur:

Quia Joannes *Dilectus*, quia *Gratia*.

Nihil in Illo desiderabatur, nisi Ille.

In quo si id reprehensibile:

Quòd eandem semper stylò suò horam monstraret,

Quocunque Sole, etiam nubilo:

Baruch. 3.
7. 34.

Sap: 4. v. 8.

Horam eriminemur consummatam.

Horæ Ejus, horæ Completorii.

Qui à perfectò cœpit meridie,

Quid ita Vesperæ umbras æstuat?

Sap. 4. v. 7.

Iustus Morte præoccupatus inrefrigerio erit.

Umbra
Orationis.

Noctescit! Alma Sodalitas: transfactis Marianæ diei Horis, traductis Auroræ, Solis, & Lunæ umbris, orientibus novis in Olympo astris, expirat lux, obscurabitur Panegyricon: conticescunt operæ, silentium indicetur: concubia caligo ingruit, *Requiem* auspicabimur. Non auspicabimur, quasi cæcutientibus victi tenebris: transtumptò in se cum Planetis firmamentò, *Mulier amicta Sole* formidolosam succulcavit caliginem, *Luna sub pedibus ejus* Mauritanas deprimit fuligines, vertex recenti stellarum redimitur Corollariò, Umbræ in purissimum jubar sunt deliquatæ: *Luna sub pedibus ejus*; Non auspicabimur *Requiem* quasi cæcutientibus victi tenebris, sed *Muliere amicta Sole* Serenissimam suis cycladem protendente in umbraculum. Jam Aurora Mater Matutinas, jam Phœbe Virgo Vespertinas, jam Phœbus Divinior Meridianas, ut comites ad lucem perpetuam pertrahat, Umbras, ceu pupillam clarificat. Si Illustribus Umbris Tuis quidquam adhæsit obscuritatis, oratione mea adhæsit: confestim abrumpam. Sunt umbræ hæc cælo genitæ, lucis filii, (*surge illuminare superra Jerusalem!*) sunt terris amicæ, nostra lumina, (*Et lumen oculorum, & ipsum non est mecum?*) sunt inferis dispares, per lucis opera (*educite eos de tenebris, & umbra mortis!*) Si quid adhæsit obscuritatis, Oratione Vestra depolite, & auspicamini. Mihi, post despoliatum ab Umbris, athra prædatrice, Luminosum hocce Mausoleum, obscuram, elingvem, enervem, expirantem, jam jamque emortuam dictionem meam, pro commerita sandapila hic liceat tumulare.

II. 60. v. 1.
Psal. 37. v. 11.
Pfr. 106. v. 14.

Hic jacet!

Ad Pedes Illuminatricis projecta

Umbra Funeris:

Eodem constricta loculò, quem funestavit.

A pedibus facta pedisequa:

Non premit aliud, nisi vestigium:

Non meretur aliud, quàm calcaneum.

Umbras adlegit in comitatum,

Serenissimæ ut Sol, Dominæ nostræ,

Illustrissimæ ut Luna, Mediatrici nostræ,


Clarissimæ ut Aurora, Advocatæ nostræ;

Sacro adversans epithalamio:
Nolite me considerare, quod fusca sum;
 Sed nigrum petiit, ut centrum tangeret.
 Mendicabat ipsa lumen ab Umbris,
 Flagitabant Umbræ lumen ab ipsa:
 Nunc ambæ Requiem.
 Lubens se iis exhiberet Alcestim,
 Ut luce fruereutur: si Admetum agerent;
 Hinc se decretâ Umbris urnâ metitur:
 Sed Pede mallet.
 Ad Pedes Virginis profusa; pedibus intenta,
 Umbram expressit, mox evanuit;
 Angustis terminis, Oratoriô tumulanda tetragrammate:
Fugit velut Umbra.

Cant. 1. v. 5.

Job. 14. v. 2.

D I X I.



Mausolei Epigraphe.

CLariores soDaLitII UMbræ :
 obVMbratæ VirgInIs ,
 ConsVrgentIs VeLVt AVrora ,
 PVLChræ Vt LVna ,
 ELectæ Vt soL seqVaces :
 à Malore Congregatlone annVnClatæ Delparæ ,
 è reglone operta MortIs CaLigIne LeVanDæ ,
 In reglone LVMInIs LoCanDæ.

Symbola Mariana, Mariophilorum Vota. Ex Cant: 6.v.9.

I. *Aurora Consurgens*, cum Epigraphe:

IoM ILLIs aScenDIt AVrora. Gen: 32. v. 26.

Aurora inter stellas, cum Epigraphe:

MVLtIpLICata - & grandIs Ingressa es. Ezech: 16. v. 7.

Apodosis: Isa: 9. v. 2. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Votum: *Parens LVCIDISSIMa soLIs,*

AVrea hora pIIs ACaDeMICIs,

MiserICorDIæ IVbar Conferet.

II. *Pulchra ut Luna*, cum Lemmate:

ILLVMInabIt absCandIta. 1. Cor: 4. v. 5.

Luna à Sole illustrata, cum Lemmate:

LoCVs soLIe DoMINI. Ezech: 43. v. 7.

Applicatio: *Pfal. 106. v. 14. Eduxit eos de tenebris & umbra mortis.*

Votum: *DIVIno aMICta apoLLIne phœbe,*

MaIorI præLVCons soDaLItatI,

DabIt In CaLLIgIne LVMen.

III. *Electa ut Sol*, cum Inscriptione:

OperVIt CaLos gLorIa DoMINI. Hab: 3. v. 3.

Sol super Iridem, cum Inscriptione:

sVper ILLos MiserICorDIa. Gal. 6. v. 16.

Expositio: *Luc: 1. 78. & 79. Visitarvit nos Oriens ex alto: illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.*

Votum: *SoLIs theanDRICI soLIVM,*

LVMen gLorIæ InDefICIens,

Dies sine oCCasV gerMINabIt.

O. A. M. D. G.